

Epistola Eneę filii Picolominei iuveni  
non esse negandum amorem dicit.

Lustrissimo Principi Sigismundo duci Austrię.  
domino suo Eneas Siluius. S. P. D. efflagitasti  
modeste a me pidię tibi: vt amatoriam alicuius  
epistolam mitterem. Cuius exemplo suadere pos-  
ses virgini quā diligis vt amare te sineret. Alius forte tibi hoc  
rogasset timens ne prolaberis ego annuendū duri. Scio nāq;  
humane vite conditionem. nam qui non amat in adolescentia:  
in senio amat. quo tempore derisui est. et vulgi fabula quoniam  
etas illa amori inepta est: nosco preterea amoris consuetudinē  
qui in iuvene torpentes virtutes ercitat. hunc in armis exercet  
illum in litteris. et studet quisq; id agere propter qđ amice pla-  
ceat: et quia virtutes nomen bonum faciunt. virtuti dat operā  
qui amat. vt ante puelle faciem laudetur. et qđ hoc ineptū vir-  
tutis premium sit probabile tamen est quacumq; ratione virtu-  
tes adipiscaris adolescentes insuper non sunt nimis cobiben-  
di ne languidi et inertes fiant permittendusq; his est aliqua  
ludus indulgendum est aliquātiſper voluptati eorum: vt ani-  
mum et cor fumant: vt sciant malum et bonum vt versutias mū-  
di noscant. illasq; cum viri facti fuerint euitare sciant. hac de  
causa gessi morem voluntati tue et opratam epistolam hac con-  
ditione tibi transmittens: vt amans non negligas studia litte-  
rarum: sed quemadmodum apes ex floribus mella decarpunt.  
sic tu ex amoris blanditiis ad virtutes veneris. Tale ex Gretz  
die. xiii. Decembris. Anno domini. Millefimoquadringentesi-  
moquadragesimotertio.

Eiusdem Eneę epistola amatoria.

Sigismundus Austrię dux. S. P. D. et seipsum dat  
singulari dñe suę insigni et formosissime virgini

Lucretiæ Regis Datæ filię: volui te sepius alloqui: amoremq;  
meum tibi notum efficere: sed etas mea nimis adhuc verecūda  
est: que non patitur quod intra me sentio foris exire. ꝑꝑrimuz  
inciplo loqui: mor rubor adest: timor impedit: ꝛ mediis vox in  
faucibus beret: nec cogitata possum effari: timeo molestiam tu  
am: ne me arguat: vereor: astantes: ne me derideant: horresco  
meipsum ne balbutiens fiam. hac de re quod st. tueram dicere.  
decreui litteris committere: quia epistola non erubescit: non su  
spirat: non timet quemq; forsitan arduum aliquid ꝛ per diffi  
cile postulaturum me putas parum est quod volo: at si tibi cō  
cesseris multum existimabo: ego enim modestissima virgo fate  
or: me tui amantem esse captumq; tui vultus splendore nec ali  
ud die noctuq; cogito: ꝑꝑ te tu mihi semp es in mente: te in cor  
de: te in aīo gero: tu meum desiderii es: tu spes mea: tu quies  
tu refrigerium: cum te video: quiescit animus meus: ꝛ se oble  
ctat: at cum abes: nec te cernere possum: magnis vrgeo: stimu  
lis: nec aliud meditor: nisi vt ꝑꝑrimum te reuisam hoc multi  
plici causa factum est: nam ꝛ forma ꝛ honestas in te cōcurrunt.  
laudant Helenam poete: at ego illam non existimo tibi fuisse si  
mitem: nec Polizenam tibi comparauerim: aut eam quam dile  
xit Hercules Dianiram: tu omnes vincis ꝛ pulchritudine ꝛ mo  
ribus: quasi altera Philomena a calce vsq; in verticeꝛ nulla est  
in te menda: crines tui splendorem auri superant: frons alta et  
spaciosa est: supercilia in arcum tense debitis spaciis distingū  
tur: oculi tui tanq; duo emicant sydera: inde sagittas emittis  
ꝛ vulneras: iuuenes hinc quos vis occidis: ꝛ quos vis viuifu  
cas: nasus suis conueniens partibus faciem mirifice honestat.  
genas candore niueo resperfas modestis rubor: intersecat: quid  
labia corallina ꝛ cristallinos referā dētes ꝛ omnes oris tui par  
tes vnde melliflua manant verba hinc risus ille progreditur q;  
me sepe ad intima penetrat. o virum felicem qui labia illa mor  
debit: qui tales osculabitur genas: qui mentum tuum ꝛ candi  
dorem schiticam vegulam tuam poterit tangere. nolo pectoris

tui ꝛ  
ferent  
mira  
mor  
sta e  
glo  
vt in  
pro c  
se fec  
a te  
dica  
fer t  
nuar  
sum  
tu t  
sum  
qui  
per  
men  
cren  
tui f  
vt a  
trau  
delic  
amare

tui et illorum pomorum que ibi latent mentionem efficere. ne re-  
ferens nimis ardeam tu te scis quod intra et extra formosa es ego  
mirari magis quam digne commendare te possum: hoc tamen dico quod  
mores tui regio fastigio digni et forma plus quam dici posset bone-  
sta et duce me seruum tibi fecerunt: tuus enim sum nihilque ma-  
gis cupio quam rem gratam tibi efficere. nam miros nam et phebos  
ut inquit fabule: licet esset Iouis regis crethe que vetustas  
pro deo coluit filius admeti tamen regis filiam amans pastorem  
se fecit. et gregem paut: ego igitur libens seruo tibi: nec aliud  
a te postulo. nisi ut amare me sinas: et animo equo feras si mihi  
dicaris amata: hoc est quod volo: peto: exigo: nil postulo plus:  
ser tuus ut amator dicar. nam et amator et seruus ero: tu modo an-  
nuas confiteor dignam te fore quam maiores et meliores quam ego  
sum: ament etiam vir Paris aut Ipolitus dignus amore tuo:  
tu tamen noli querere formam. nam et pulchri sunt: superbi etiam  
sunt: nec stabilem habent amorem. in me erit amor perpetuus:  
qui natus in adolescentie mee flore cum etate crescens ad senium  
perducet dummodo tu mihi faueas. et me adiuues: quem ta-  
men non debes despiciere: nam et me non negauit deus medio-  
crem formam. Sunt mihi preterea opes multe que omnes erunt  
tui si vicem amoris rependeris. haec quid dixi nimium erravi non  
ut ames peto: sed ut amare me sinas: hoc si tua ex gratia impe-  
trauero beatus sum: quid factura sis rescribe. Vale animula mea  
delicie mee: corculum meum.

¶ Epistola Eneæ Siluii poetæ laureati: siue pii  
pape scđi. de amoris remedio incipit foeliciter.

Neas Siluius. T. spolito mediolan. S. p. D. Que-  
rebaris mecum nocte preterita: quod amori operam da-  
res: nec debilitatum ac vincituz animum soluere pos-  
ses: dixisti te nec virginem: nec nuptam: nec viduam  
amare: sed mulierem quamuis pulchram meretricem: tamen qui-

buslibet viris precii causa sese substernentem id tibi molestum  
esse agebas: libenterq; amorē hunc vellem posttergares: sed vias  
modumq; nescire quo fieri liber ⁊ amore vacuus posses. nam ⁊  
si plures sacerdotes consulueris: neminem tamen remedia que  
tibi videntur efficacia protulisse dicebas. rogas igitur me ma-  
gnisq; precibus efflagitasti egritudine tue vt aliquam afferrem  
medelam. ac iter ostendere tibi quo posses ardentem amoris flā-  
mas effugere. parebo desiderio tuo salubriaq; prebebo tibi re-  
media si eam amplecti volueris: nec verebor medici culpam mi-  
hi ascribi si tu obedientis egroti personam susceperis: quamuis  
arbitros quos cōsuluisti sacerdotes satis tibi fecisse si precepta  
tenuisses que illi tibi dederunt: sed tibi visa fuerūt fortasse gra-  
uia. Nam cum dicerent fuge illam: nihil sibi loquaris: nihil de  
illa audias: durum verbum visum est: at febricitans quoq; in-  
uitus audit frigida pocula sibi negari: si tamen sanari vult: qđ  
medicus mandat diligenter obseruet. tu ergo mi Ipolite si vis  
amorem euadere: liberq; fieri. propera vt que precipuam facias  
noscito egrotum te esse: maximaq; infirmitate detentum: ⁊ pro-  
pter sanitatem dura ⁊ aspera esse plurima subeūda nempe egro-  
tus est mi Ipolite. omnis qui amat ac nedum egrotus: sed mē-  
te est captus atq; insanus ⁊ amens de amore inquam illi cito  
nam deum colere ⁊ amare parentes vxorem ⁊ liberos. virtutis  
est non vicii sanitatisq; non egritudinis at tu amorem illicitū  
sequens quid tu esse amorem de quo iam loquimur credis. ve-  
teres putarunt illum ex Venere vulcanoq; natum puerum ce-  
cum: allatum sagittas in manibus habentem: quibus viros ac  
mulieres feriens ardozem dilectionis infunderet. Apud Virgi-  
lium legim⁹ nunc scio quid sit amor duris in cotibus illū isma-  
tus aut radope aut extremi saramantes: nec generis nostri pue-  
rum: nec sanguinis edunt: sed error hic mortalis populi fuit: q;  
veritatem attingere non potuit. Amor vt in tragediis inquit  
Seneca: nihil aliud est nisi vis quedam magna mentis blan-  
dusq; animi calor qui iuuenta gignitur luxu. ocio. ⁊ inter leta

fortu  
omne  
mulie  
quā  
quā  
muta  
pam  
adeo  
esse  
⁊ ap  
lia d  
rum  
toq;  
etat  
sis:  
rari  
ne v  
io:  
gen  
est  
us e  
faci  
illar  
nibi  
deta  
bo v  
que  
nec  
cepi  
re-cr  
ctati  
creat  
qual

fortune bona nutritur. Hic mentem hominis eripit: iudicium  
omne peruertit. sensum ebetat. animum extinguit. namque cum  
mulierem diligis non in te sed in ea viuis. quid igitur peius est  
quam viuente non viuere. quam sensum habentem non sentire:  
quam oculis preditum non videre. equidem qui amat: in alium  
mutatur virum: nec loquitur: nec facit que ante solebat. Hinc  
parmeno apud Terentium dii boni quicquid hoc morbi est:  
adeo homines immutas ex amore: ut non cognoscas eundem  
esse putat comicus morbum esse amorem: nec male putat. Nam  
et apud Macrobius luxuriam que vel mater amoris est vel fili  
lia deterrimi morbi partem. Iprocates dicit. hic morbus ple  
rumque iuuenes aggreditur. sed viros quoque senesque verat tan  
toque periculosior et risu dignior est quanto persona que capta est  
etate aut scientia censetur prestantior. Cum ergo Ipolite captus  
sis: amorisque seruias: scias te morbosum esse. si morbosus es: libe  
rari stude. Nam quis morbum patitur qui curare non velit. sa  
ne ut morbus grauior est: acerbior: periculosior: eo morbo si ma  
ior est de sanitate cura tua infirmitas magna est. sic et cure dili  
gentia magna. Cogita mi Ipolite. quo in statu es tu nihil te  
estimas quicquid tibi eueniat. leue est solum super amica anxi  
us es. non parentes. non necessarios. non benefactores magni  
facis solus animus in amica est. illam amans. illam promouens  
illam somnias. de illa cogitas. de illa loqueris. de illa suspiras.  
nihil agis quin memoriam eius habeas: et stulticiam morbumque  
deterrimum. an non est petenda cura quis non sanari hoc mor  
bo velit. ceterum ad salutem tuam. hec sunt necessaria Ipolite.  
que si feceris sanus eris. si neglexeris sepelieris in morbo tuo.  
nec te quisquam iuuare poterit. cogita primum quam remote a pre  
ceptis dei recessisti: qui cum deberes deum ex toto corde dilige  
re. creaturam amasti. et in ea omnem tuam dilectionem et oble  
tationem posuisti. sic enim factus es idolorum cultor. nam que  
creaturam deo preponit idolatra est. negabis te idolatram esse.  
quasi non preponis creatori creatum. aut si verum fateri vis plus

tuam amica n diligis q̄z deum. Nam que deus mandat negligis postergas contemnis que vult amica summa cum diligentia curas adimplere. ⁊ hoc n̄pe ē preferre mulierē deo. Deu q̄z magnum est malum. q̄z periculosum. q̄z detestabile creaturam sic amare: vt deum paruificas. deus cum esses: nihil te aliquid esse fecit. nec te lapidem: nec te ferrum: nec te gentilem: nec in deum: sed hominem christianum fecit. ⁊ posses scire diuina sacramēta: ⁊ viam qua itur in celum. ipse quoq; deus cum ob culpam primi parētis tu ⁊ ceteri homines paradysum amisistis. nasci p te voluit fieri homo. capi. cedi. vituperari crucifigi. mori. ac suo te precioso redimere sanguine. ⁊ q̄ magna ingratitude ē iniquitas. inhumanitas. feritas. hunc qui tanta pro te fecerit: ppter vilem relinquere mulierculam. hoc satis te ceterosq; christianos monere deberet: vt omisissis amoribus. illicitis deo soli seruirent. sed cogita vltterius quid agis mi Jpolite. pulchra vi detur tibi amica tua: nec non venusta: ita q̄ nil supra credis ne tu q̄ ipsa semper permaneat pulchra res est forma fugax. vt in quid Tragedus. Mulier que hodie formosa est cras difformis erit. qd tu bona perpetua ⁊ immutabilia p caducis trāsitoriis mutabilibusq; pmutas sic vt putas spectabili forma mulier leue hoc bonū est. nihil enim forma mulieris est nisi morib; sit adiuta. castitas est vt habemus apud poetas: nec nō apud sacrā scripturā que pulchrā feminam laudat nō forma tu nō castitate sequeris: sed solū formā amas. forma. n. hec vti flos agri decidit rosa: mane rubea: sero lāguescit. nihil formosi? est virtute atq; honestate si hec itueris mltro formosior: tibi videre q̄ sit tua amica. etenim nec lucifer: nec besper? tā decor? ē q̄ ipsa facies honestatis. quā qui relinquit ppter mulierē. existima ozo q̄ sit delirus ⁊ amens. Ceterū Jpolite vt tecum non multis vtar: sed q̄ amas mulier nō solū tua est cū plures eam mulierē habent. nec ipsa te solū amat sed alios quoq; amat. quid tu in turba vis facere cogita te iam esse in vespero. iam senem. iā mori. primum vis ne cū iuuenib; cōtendere. vis cū robustis pugnare. qd tibi

in co  
fene  
toiq  
cum  
rapt  
pab  
ra n  
lom  
rint  
ris  
fem  
cate  
um  
fir  
am  
ner  
ran  
de  
rib  
nan  
tra  
vel  
dan  
re.  
cto  
pen  
tati  
tem  
tus  
effic  
terit  
man  
sa tel

in eo prelio queris in quo victor succumbis magna res est viz  
senem a iuuenibus extorquere mulierem si tam es potens vt ex  
torqueas quid vicisti cum preliuz huiusmodi sit vt vincens suc  
cumbat. quid est oro mulier nisi iuuentutis expilatrix: viuozuz  
rapina. senum mors. patrimonii deuoratrix. honozis perniciēs.  
pabulum diaboli. ianua mortis. inferni supplementum. Cogi  
ta mi Ipolite quot mala per mulieres illas euenerunt. cum Sa  
lomon. cum Dolefernes. cum Samson per mulierē decepti fue  
rint: non te credas sic fortem esse: vt non illudaris sed q̄pto vi  
ris illis debiliores incautior imprudentior tanto te ab eo loco  
semoue in quo potes decipi nihil est mulieris amor qui cū pec  
cato est: non est in muliere stabilitas: que nunc te amat cras ali  
um amabit: ⁊ vna tecum amabit alios. quid tu hunc amorē exi  
stimes qui in plures diuisus est: nulla mulier tam fixe aliquem  
amauit: que veniente nouo proco nouisq; vel precibus vel mu  
neribus non mutarit amorem mulier est animal imperfectum:  
varium fallax multis moribus: passionibusq; subiectum. sine fi  
de. sine timore. sine constantia. sine pietate. de his loquor: mulie  
ribus: que rursus admittunt amores: nunq̄ hec stabiles sunt.  
namq; vt semel a recto tramite recesserunt. iam se liberar arbi  
trantur: vt quocumq; relint vagentur: nec amplius vel amici  
vel mariti timorem habent. credo equidem illam coeundi feti  
dam voluptatem tibi qui iam senio exhaustus es parum place  
re. nam quid nedum tibi antiquo iam ⁊ arido sed iuueni hune  
cto illa inepta ⁊ spurcida voluptas conferre potest quam mor  
penitudo consequitur. an non magna res est amonitio illa acci  
tatio siue comminatio quedam que post peccatū euestigio men  
tem hominis cruciat q̄ iniquus est homo qui totiens amoni  
tus non quiescit qui punitus non emendatur. qui correctus nō  
efficit melior. quid ille actus carnalis operatur: nisi carnis in  
teritum. vtinam solam carnem interimeret ⁊ non occideret ani  
mam at duo cum inuicem coeunt vir atq; femina quasi duo va  
sa testea mihi videntur que inter se confricentur donec rumpā

tur et ad nihilum redigantur: tu tamen non in coitu sed in visu sermonemque forsitan oblectaris. quid obsecro in visu est tam pulchri ut non inuenias aliquid pulchrius. pulchritudo quam debemus querere in celo est: cui nulla potest res mundana comparari in illis omnis perfectio est mundana semper diminuta sunt illa perpetua: hec caduca: illa fixa: hec fluxa hanc quae tu miraris formam paululum. quid febris eripiet tibi: aut si morbus iste actu abfuerit senectus non deerit. que illam tenerem succi: plenamque faciem rugosam crispamque reddat fient illa que nunc miraris membra de cursu tempore arrida nigra squalida. fetore ac spurcicie plena: non oculi splendorem seruabunt: fetebit os: collum curuabitur: corpus undique sicco et arido trunco fiet simile: cogita hec et aue te spem prius fuge quam priueris. multo enim melius est rem contemnere quam perdere. iam vero de sermone suauit dulci: placito et mellis uo quo te dicis oblectari. admodum miror: quid enim sermo muliebris in se dulce habet? quid dicit tibi amica nempe. aut queritur: aut plorat: aut minatur: aut tibi inanes fabellas refert. dicit quid cum vicina fecerit: quid somniauerit. quot oua gallina peperit. quibus floribus ferta componuntur. omnis sermo mulieris de re vana leuique est. in quo qui oblectatur et ipsum leuem oportet esse. narrat tibi nonnumquam se et cum alio amatore: et quo pacto iacuerit. quid doni receperit quam cenam habuerit. quibus voluptatibus fuerit rrsa. quibus verbis orsa. que res non gaudium tibi: sed cruciatum afferunt. sed accipe que velis gaudia in sermone amice eris ne tam amens rationisque inops: ut non magis in alicuius docti viri verbis sermonibusque leteris risiue omnia simul que in amore sunt gaudia. rursusque tedia multa ista pauca illas reperies veramque illius sententiam dices qui parum mellis in multo felle morsum inquit amorem esse. cum ergo ipolite totus amor de quo loquimur vanus asper amarus damnosusque sit. et hominem morbo grauissimo teneat curandum est ut ab eo libereris. cura autem ea est ut menti tue persuadeas malum esse amorem post hec declines amice

ferm  
te int  
larg  
ta ill  
mor  
ti pu  
apud  
uioz  
amat  
anim  
cogi  
bre  
alio  
cum  
cruc  
bis  
con  
ueb  
Cie  
drin



sermonem ocium fugies in negocio semper sis viros bonos q  
te instruant sequaris. nulli ludo: nulli conuiuio intersis. siquid  
largita est amica abste abiicias. nihil penes te quid illius sit pu  
ta illum esse nuncium diaboli qui te perdere velint sint in me/  
mozia christi beneficia que tibi impedit cogita quot beneficien  
ti premia in celestibus sedibus. ⁊ quot malefacienti supplicia  
apud inferos preparata sunt. cogita dies tuos assidue fieri bre/  
uiores: instareq; semper vltimum. cogita quia irrisus est qui  
amat. ⁊ presertim vir euo maturus. cogita instabilem mulieris  
animum. cogita perditionem temporis: quo uihil est preciosius  
cogita dissipationem bonorum. cogita vitam quam viuimus  
breuissimam in hoc seculo qua uis voluptatibus sit dedita. ⁊ in  
alio mundo quem inquirimus nullum esse vite finem. hec si te/  
cum sedule cogitaueris: perceptaq; ista tenueris: amorem quo  
cruciaris: a te breui tempore relegabis. virumq; alium te presta  
bis deo gratum celoq; dignu. Vale hec habui que nunc raptim  
contra amorem dicerem alias ubi ocium fuerit plurib; te amo  
uebo. Iterum vale ⁊ quod tibi damno est auertere stude. Ex  
Vienna scdo kalendas Januarii. Anno domini. Millesimoqua  
dringentesimoquadragesimo tertio.

¶ Almoris remedium finit.

*Ham \* 182.*

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.